



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Succinctam Doctrinarum Asceticarum Svmمام Comprehendens - Quam ad majorem omnium in Ascesi proficere cupientium utilitatem ac subsidium

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1685

§. 11. De Fortitudine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](#)

o non in qua tuæ voluntatis beneplacito fieri à me potest.
i applicacce, ô dulcissime JESU , exiguam hanc oblatio-
erarum em meam , quam pro animabus mihi dilectissimis
plurinuncio , & omni possibili affectu ex corde facere de-
animas dero.

§. XI.

De Fortitudine.

I. Est Virtus animi , quâ labores , mortisque pe-
cula , & aliæ occurrentes difficultates constanter susci-
tuntur , & perferuntur ; de qua Sequentia Ascetæ sunt
quibus rotanda.

II. Primum est , ut bene intelligat naturam for-
titudinis , quam quidem S. Thomas breviter sic indica-
vit : *Fortitudo principaliter est circa timores difficultium*
erum , quæ retrahere possunt voluntatem à sequela ra-
tionis . Oportet autem hujusmodi rerum difficultium im-
pulsum non solum firmiter tolerare , sed etiam moderatè
aggredi . Unde fortitudinis duo sunt præcipua officia ,
quæ P. Hieremias Drexelius duo brachia vocat , quo-
rum alterum osseum est , & aggressio vocatur : alterum
ferreum , & tolerantia appellatur . Et hoc est , ceteris
paribus , longè præstantius priore , id quod S. Thomas
probat triplici argumento . 1. Quia toleramus valen-
tiorum nobis ; invadimus , quem saltem putamus fore
debiliorum . 2. Quia ferendo incumbentia mala jam
sensimus , invadendo adhuc futura prævidemus . 3.
Quia in puncto temporis invadimus , non nisi aliquo
temporis intervallo sustinemus .

Secundum est , ut bene intelligat gradus , per quos
ad fortitudinis perfectionem pervenitur . Quorum

K 3

primus

primus est occurrentes adversitates fortis & animo suscipere , maximè si ex improviso
 nam, ut ait Aristoteles , in repentinis periculis
 apparer fortitudinis habitus , eò quod omnia
 majora videantur , utpote ad quæ prævidenda
 sideranda spatum non datur. Alter est , ou
 agendi & patiendi fortia , vehementer desiderata
 studiosè quererere ; uti Sanctus Franciscus &
 nius Martyrium quæsiverunt , & S. Andreas Apo-
 conspectâ cruce exclamavit : *O bona Crux , san-*
siderata , Eg concupiscenti animo preparata : ex-
gandens venio ad te. Tale quippe desiderium
 radieatum valde habitum , aut certè estimatio
 virtutis. Tertius tandem gradus est , cum mag-
 critate & gaudio , sive quæsitas , sive ultrò oce-
 ejusmodi occasiones excipere , & amplecti. Quo
 Christus de se dixit : *Baptismo habeo baptizari ,*
modo coarctor , usque dum perficiatur. Hinc &
 stoli conspecto hoc Magistri sui exemplo , ibi
 dentes , quoniam digni habitu sunt pro nomine
 contumeliam pati.

Tertium caput est , ut solida sciat media ,
 difficultatem in exercitio hujus virtutis minorem
 quorum quidem tria sunt præcipua. 1. Ut
 sibi certaminis hujus terminum circumscribat ,
 diuturnum nimis fore sibi persuadeat , ipsâ hâc
 nitate constantia frangatur , animûsque à tali ca-
 velut impossibili absterreatur. Itaque in ejusmo-
 casione certandi constitutus , illud , quod DEUS
 Philadelphiæ Episcopo dici jussit , sibi quoque de-
 putet : Ecce venio citò , tene , quod habes , ut
 accipiat coronam tuam. 2. Ut filios facili &

forti & brarum menti objiciat, consideretque, quanta plurimi
ex necessitate, ut pauperes, & infirmi, ac captivi: alij
pericula spe vilissimi & incerti lucri, ut mercatores, milites, opi-
fices: alij vanissimæ gloriae & favoris desiderio, ut Au-
tidenda est, oculi: alij denique carnalis & impuri amoris œstro con-
titati, ut Amasij & Proci, agant & patientur. Itaque
has turmas sibi ostendi à DEO putet, simûlque illa
olim S. Augustino dicta verba repeperi: potuerunt isti
& istæ, & tu non poteris? an necessitas, & spes vana
plus poterit, quam gratia, spes, & caritas divina? 3.
Ut JESUM, exemplo S. Stephani & S. Antonij, vel
ipsum DEUM & totam curiam cælestem, se in pugna
inuentem, & tum promissione præmij infiniti, tum
suo exemplo animantem, sibi imaginetur. Si enim in
hac vita conspectus Ducis, vel astantium, tantos ani-
mos addit certantibus vel duellantibus, quid non ef-
ficiet tantorum Spectatorum præsentia animo con-
cepera?

§. XII.

De Mansuetudine.

I. Est Virtus, quâ iram adversus eos, qui nos
injurîa afficerent, comprimimus, & modera-
mur; de qua tria præcipue Ascetæ scienda sunt.

II. Primum est, ut Naturam atque perfectio-
nem illius bene cognoscat. De Natura itaque sciat,
mansuetudinem non in eo consistere, ut nunquam
quis irascatur, sed ut, quemadmodum SS. PP. ad-
vertunt, sciat, pro quibus, & quibus, quando, &
quo modo irascatur. Neque enim ferire, inquit S.
Chrysostomus, absolutè atrocitatis est, nec parcere

K 4

man-